



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

14. An Capitulum Sede vacante intra annum possit saltem literas  
dimissorias pro prima Tonsura concedere? Ex p. 8. tr. 4. res. 43.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)



RESOL. XIII.

An Capitulum Sede Vacante possit saltem intra annum concedere literas testimoniales? Ex p. 8. r. 4. Ref. 42.

§. 1. Negatiue videtur respondere Nauar. l. i. conf. tit. de temp. ordin. conf. 19. in l. edit. c. 27. in 2. At ego puto quod potest Capitulum, Sede Vacante, infra annum literas testimoniales de vita, & moribus ordinandi tradere, vbi quis per Pontificium diploma impetrasset ab alieno Episcopo extra suam Diocesim ordinari; Tridentinum sess. 23. de reform. c. 8. sequentibus verbis: Vnusquisque autem a proprio Episcopo ordinetur, quod si quis ab alio promoturi petat, nullatenus id ei etiam cuiusvis generalis, aut specialis relictum, aut privilegij prae-textu, etiam statutis temporibus, permittatur, nisi eius probitas, ac mores Ordinarij sui testimonio commendentur. Sed Capitulum, seu eius Vicarius, Sede Vacante, dicitur Ordinarius: ergo ad ipsum spectat testimoniales ei literas concedere. Porro Capitulum, Sede Vacante, seu eius Vicarium dici Ordinarium, recte probat Nauarrus conf. 19. Olim 18. de tempore ordin. n. 2. & noster Moneta de commun. vlt. volut. cap. 10. n. 183. qui etiam refert allegato quodam diplomate, stylo modernum Romanae Curiae esse, vt Sede Vacante, testimoniales literae dentur ab Episcopo vicinior: quod ipse ita intelligit, vt non solus ille dare possit, sed simul cum Vicario Capituli, vel habitis ab eodem informationibus de vita ordinandi: nam scilicet, qua ratione poterit Episcopus vicinior de subdito non suo rectum ferre testimonium? Et haec omnia docet Marchinus de sacram. ordin. tract. 1. part. 6. c. 3. n. 17. c. 18. cui adde Molin. de iustit. tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 14.

Quod hoc in tom. 5. r. 3. lege §. vit. Ref. 46.

2. Non definiam tamen etiam hic apponere ea, quae notat Rodriguez in summ. tom. 1. c. 81. n. 19. vbi sic ait: El Cabildo, Sede Vacante, puede dar dentro del año aprobacion de la vida, y costumbres a los que por virtud de algun Obispo, con la aprobacion de la vida, y costumbres, dada por el Ordinario, porque esta aprobacion, no son letras dimissorias, sino unas letras testimoniales de la idoneidad de los que quieren ordenar, las quales no prohibe el Concilio conceder, Sede Vacante, como lo prouea Nauarro. Sic ille.

RESOL. XIV.

An Capitulum Sede Vacante intra annum possit saltem literas dimissorias pro prima Tonsura concedere? Ex p. 8. r. 4. Ref. 43.

§. 1. Prima facie videtur affirmatiue respondendum, quia Concilium Tridentinum, vt patet, prohibet licentiam ordinandi, sed prima tonsura non est ordo, secundum communem opinionem Theologorum; & ideo Concil. Trident. sess. 23. c. 2. ait: Vt qui iam clericali Tonsura insigniti sunt, per minores ad maiores ordines ascendat. Quibus verbis distinguit Concilium primam Tonsuram a minoribus Ordinibus. Quod etiam satis colligitur ex eo quod idem Concilium in diuersis capitulis de Prima Tonsura & minoribus Ordinibus egit; & c. 6. inquit: Nullus prima Tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere. Itaque Concilium nunquam primam Tonsuram, Ordinem vocat; imò eam ab Ordinibus semper segregat. Hoc, omnibus aliis; clarè apparet

Sup. hoc an prima Tonsura sit Ordo, in tom. 5. r. 5. Ref. 13. §. 2. ad fin. Et in Ref. 12. §. 2. ad fin. 2. c. in Ref. 14. c. 1. in fine, & in Ref. 13. §. 5. Quare, ad modum, a ref. quia prima Tonsura, & ibi

Kk 2 in

Ad hoc dubium sic respondet Machadus tom. 2. l. 4. part. 4. tract. 1. document. 7. num. 1. La Sede vacante por derecho comun luego que quieriana, podia sin ninguna duda conceder Reuerendas a las personas que juzgasse por dignas, y merecedoras de recibir las Ordenes; por ser esta jurisdiccion ordinaria que legitimamente heredaua de su Prelado.

2. Despues el Concilio Tridentino morido con algunas justas causas que no espressa, dispuso por vn Decreto particular, que el Cabildo Sede Vacante, no pudiese conceder estas Reuerendas, o dimissorias para recibir Ordenes hasta passado vn año de la vacantes, lo qual prohibio con grandes penas, assi contra la Sede vacante, como contra los que se ordenassen con las Reuerendas prohibidas; conuene a saber, que por el mismo caso el Cabildo queda entredicho; y el ordenado si fuere de menores Ordenes, no pueda gozar del priuilegio Clerical; y si de Orden sacro, queda suspenso a voluntad del Prelado que sucediere. Esta prohibicion limita el mismo Concilio en el lugar citado, en caso que alguno tuuiese Beneficio cobariato, como succede en el que por razon de algun Beneficio Curato, está obligado a ordenarse dentro de vn año; y tambien quando alguno gozasse alguna Capellenia en que el fundador obligaua a que se ordenasse dentro de tiempo limitado, y no lo haziendo assi la pierda; que entonce puede el Cabildo, Sede Vacante, dar Reuerendas a los tales antes de passado el año. Pero ha de advertir, que en los casos dichos es expressa la cobariacion, y assi no padecen duda. Otros ay que disputan los Doctores, assi de defina, y otros muchos (aunque no sin controuersia) siemen, que tambien se deue tener por caso cobariato quando alguno tiene derecho, o es llamado a algun beneficio vacante, o Capellanía, que requiere cierto Orden de que el carece. Hucusque Machadus, cui etiam adde Marchinum de sacr. Ordin. tract. 7. c. 6. n. 12. qui optimè notat, quod si quis exceptis literis dimissorias, non illis vteretur, nec Capitulum, nec eius Vicarius in dictis pœnas incidere; quod pœna pro aliquo delicto imposita regulariter non incuratur nisi post opus consummatum, id est post vltim prædictarum literarum.

3. Porro, est Capitulum, Sede Vacante, vel eius Vicarius non possit intra annum subditis suis dimissorias concedere: poterit tamen intra eundem annum, per alium Episcopum pontificalia exercentem ordinare diocesanos suos. Atque sic fuisse a Sacra Congregatione resolutum, referunt post Nauar. conf. 27. de temp. ordin. Ferrat. de ordin. c. 5. n. 7. vers. quarto nota. Molin. in sum. tr. 2. c. 2. n. 18.

4. Notandum est tamen hic, quod elapso anno a puncto Sedis vacantis concedere potest Capitulum eas literas dimissorias, sicut possit Episcopus. Et hæc literæ dimissoriae, per aduentum noui Episcopi non expirant, vt docent Molina tr. 5. de iust. disp. 11. n. 4. Gonzad. reg. 8. Cancell. c. 12. n. 37. Guttier. l. 2. can. 99. c. 17. n. 12. qui tamen consultat ordinatores, vt si tempore præsentationis dictarum dimissoriarum coram eis, seuerint, nouum Prælatum possessionem eiusdem Episcopatus accepisse, non admittant eas quia a nouo Episcopo reuocari solent. Quod si eas concedat Ordines sacros non habenti vnde viueret, teneatur illi prouidere, sicut tenetur Episcopus, vt bene loquitur Vgolin. de potest. Episc. c. 26. §. 15. n. 1.

5. Notandum est etiam Vicarium Papæ non prohiberi etiam statim post vacantem Sedem, dictas dimissorias concedere, quia de hoc non loquitur Concilium; vt docent Maiol. de irregul. l. 4. c. 6. Henric. l. 10. de sac. am. ordin. c. 22. §. 3. Campanil. in diuers. var. can. rubr. 9. c. 8. n. 8. & patet ex praxi.



in tr. 3. R. G. 12. lin. 4. & in Ref. 25. 5. ad lin. 3. & in Ref. 34. ad lin. 10. & ip. sine 5. pe. nult. & seq. & hi supra in tr. 1. Ref. 69. 5. v. 2. a. lin. 4.

in Concilio Carthaginensi, quod plenius præ ceteris de Ordinibus egit: nam in cap. 3. de Presbyteri ordinatione, cap. 4. de ordinatione Diaconi; cap. 5. de ordinatione Subdiaconi; cap. 6. de ordinatione Acolyti; cap. 7. de ordinatione Exorcista; cap. 8. de ordinatione Lectoris; cap. 9. de ordinatione Ostiarij; nullibi verò in eodem Concilio tractatur in Ordinum enumeratione de Tonfura.

2. Deinde, eidem Theologorum sententiæ non parum suffragatur Romanum Pontificale: nam in tit. de consurando Clerico, non apponit, ut motis est, dum de aliis minoribus Ordinibus agit, verba illa: De ordinando Clerico, sed adhibet ista: De faciendõ Clerico. Statim verò sequitur: De ordinatione Ostiarij, Exorcista, &c. vbi vides, Romanum Pontificale Tonfuræ collationem ordinationis nomine minime appellandam iudicasse.

3. Vnde Garcia de benef. tom. 6. p. 5. cap. 7. n. 93. asserti quendam declarationem Cardinalium sic asserentiũ, Sacra Congregatio censuit, textum hunc non comprehendere Tonfuram, & in minoribus Ordinibus constitutos, non suspendi.

4. His tamen minime refragantibus, negandum est posse Capitulum, Sede Vacante, literas dimissoriales concedere pro prima Tonfura; nam Concilium in d. cap. 10. in princ. generaliter dicit, quòd non liceat Capitulo infra annum ordinandi licentiam, aut dimissoriales concedere; ergo, quamvis prima Tonfura non sit propriè ordo, tamen literæ, quæ ad eam suscipiendam conferuntur, dicuntur propriè literæ dimissoriales, & per consequens in verbis Concilij videtur comprehensa prima Tonfura. Accedit, quòd consuetudo sic interpretata est hoc decretum Concilij, & ita communiter intelligitur, & practicatur.

5. Adde, quòd Canonistæ negant primam Tonfuram non esse Ordinem.

Primò ex iure Canonico; nam in cap. cum coningat, de arate, & qualitate ordin. prima Tonfura vocatur Ordo clericalis: & eodem nomine vocat glossa in cap. nullus, de tempor. ordin. in 6. in verb. tonfura.

6. Secundo, primam Tonfuram initiati gaudent Clericorum privilegij: sunt enim capaces beneficiorum, quorum sunt incapaces laici, c. 2. de inst. & c. ex literis, de transact. fruuntur privilegio canonis, si quis suadente, gloss. in d. c. cum coningat. Cum ergo Tonfura habeat privilegia aliorum Ordinum, merito Ordo dici debet.

7. Tertio arguitur ex Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 2. vbi initiatum prima Tonfura ab alieno Episcopo, sine licentia proprij, suspendit: & sess. 23. de reform. c. 4. & 6 eadem prohibitionem ligat istos qua & minoribus Ordinibus initiatos. Dum ergo Concilium pares faciat quoad supradicta, signum est, voluisse inter Ordines esse connumerandam Tonfuram.

8. Ad declarationem verò S. Congregationis in contrarium adductam, responderi potest cum Garcia loc. cit. 96. intelligi tantum, ut decretum Tridentini non comprehendat primam Tonfuram, quoad pœnas ibi impositas contra ordinatos in minoribus, & maioribus Ordinibus: nam appellatione Ordinum minorum, secundum communem usum loquendi, particulariter eiusdem Concilij Tridentini, solum veniunt quatuor minores, & non prima Tonfura, quæ ab illis distinguitur, ut patet ex sess. 23. cap. 4. 5. 6. 10. & 11.

Et ideo nostram sententiam tenet etiam Zypæus in iure Pont. nouo, lib. 3. tit. 9. n. 2.

RESOL. XV.

An si Capitulum Sede Vacante ordinet intra annum contra formam Concilij Tridentini, ordinatus tamen possit obvinere beneficium? Ex p. 8. tract. 4. Ref. 44.

§. 1. **P**ræsentem difficultatem proponit Merolla tom. 3. disp. 7. dub. 5. n. 81, & sic respondet: Videtur, quòd non, quia quòd quis facit capax beneficij Ecclesiastici, est clericale privilegium, ut probatur ex c. ex literis, de transact. & ex cap. de inflit. Sed ordinatus contra formam supradicti decreti, non gaudet privilegio clericali, ut ibi dicitur; ergo, &c.

2. His tamen non obstantibus dicendum est, posse habere beneficium, quia taliter ordinatus non amittit privilegium ipso iure, sed est priuandus per sententiam, ut docet Nauarr. consil. 20. de rem. ordinat. in 1. edit. & patet, quia Concilium vitur verbo gaudeat. quod cum sit futuri temporis, non denotat pœnam ipso iure impositam, sed imponendam iuxta doctrinam, communiter receptam, quam tradidimus tom. 2. c. 5. igitur, donec priuatur, est capax Beneficij.

3. Et ita hanc sententiam docet etiam Rodriguez in sum. tom. 1. c. 7. n. 20. vbi sic asserit: El ordenado contra la forma de aquel capitulo del Concilio Tridentino de ordenes menores dentro del año de la Sede vacante, aunque quede priuado del privilegio clerical, puede empero obtener el beneficio, porque segun Navarra, no pierde ipso iure el dicho privilegio, sino procede sentencia del juez, en la qual se priuato, se le pone embargo, porque el Concilio Tridentino usa desta palabra, gaudeat, la qual ya que es de tiempo futuro no induce pena ipso iure, conforme a vna glossa comunemente recibida. Ita ille.

RESOL. XVI.

An Capitulum Sede Vacante possit dispensare, ut quis ordinetur non seruatis temporum interstitiis? Et quid quoad hoc de Vicario Capituli Sedis Vacantis? Ex p. 8. tract. 4. Ref. 5.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent aliqui, eo quòd potestate imbibita esset, non tam ex commissione speciali, quàm ex Concilij dispositione, & Capitulum succedat, non tantum in ordinaria iurisdictione iure communi generali ad Episcopum spectante, vetum in pertinente ad eandem iure communi speciali, iuxta Doct. Abb. in cap. si clerici, num. 17. de iudic. vbi Decius num. 150. idem Abb. in c. verum, num. 9. de foro compet. Genuens. in praxi Cur. Archiepiscop. Neapol. cap. 83. num. 1. & cap. 84. num. 2. Campanil. in diuers. iur. canon. rub. 12. cap. 13. n. 75. Nicol. Garcia dicto cap. 7. num. 38. & seqq. & plures congerens Cened. in collect. 4. ad sextum, num. 3. & in practic. canon. quest. 26. num. 28. versic. Ego tamen. Emanuel Rodet. 1. tom. regular. question. 61. art. 9.

2. Et ita in terminis interstitiorum plures declaratum fuisse per congregationem Cardinalium, testatur D. Valenzuela conf. 107. num. 17. volum. 3. & resoluunt Suarez tom. 4. disp. 28. sect. 5. in princip. Thom. Sanchez de marrim. lib. 3. disp. 29. num. 14. Valerius Reginald. in praxi fori penitent. lib. 1. num. 180.

3. Et

Sup. hoc in Refol. 7. not. præterea in fine eius §. 1.

tos  
vbi  
dem  
con  
Ost  
Car  
nro  
bis  
id  
ma  
mi  
Ser  
cum  
Va  
tra  
Or  
cap  
Co  
23  
par  
vid  
gu  
Ba  
nu  
S  
de  
et  
co  
se  
fi  
ac  
ca  
ca  
lib  
44  
de  
ne  
do  
can  
bov  
cio  
m  
cia  
vbi  
vbi  
que  
pue  
dis  
diz  
per  
rece  
equi  
car  
ava  
mal  
hæc  
dã  
esse